

Hos flores si in usus adhibere velis medicos, Flores sul-  
poteris partem quandam cum aliis, ex.g., gum- phuris cō-  
matibus sequentibus selectissimis, in tenuissimū positi.  
pulverem tritis, mixtam servare ad usum, sya-  
dente id ipsum Paracelso, in lib. 8. paragr. pag.  
232. de asthmate, & cap. de sulphure 3. tom. 7.  
Pag. 174.

Recipe ergo florū simplicium sulphuris, ter  
elevatorum, unciam unam & semis: myrrha  
selecta drachmam unam: aloës epatica & scru-  
pulum unum: croci grana quindecim: terræ  
sigillatae scrupulum unum: sacchari q. s. Dis-  
solvatur hoc in aq. roſarum, vel pectorali, &  
fiat massa, ex qua formentur rotulae; vel cum  
tragacantha in aq. roſacea diſſoluta F. tabulæ;  
aut cum theriaca extract. electuarium. De-  
bis ut & eorundem compositione, egregie, præ-  
cipientem, vide Crollium, in Basil. Chymic.  
Pag. 229. & seqq.

### RUBINUS AURIPIGMENTI DIAPHORETICUS.

Recip. auripigmenti elegantis & sple-  
nidi unc. unam. Redige in pulverem val-  
de subtilem: & sublima in phiola, aut par-  
vo matracio, igne forti, donec fundus va-  
sis candescat. Et habebis, intra dimidiam  
horam, pulcherrimos rubinos, circa col-  
lum vasis sublimatos.

Bb 3

Usus.